

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Htz: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Romazis causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum eundem pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.

NOVELLIS NUBTIS

Ornatissimo ac honestissimo
VIRO, DN.

IOHANNIS LEVI

Illustrissimo Principi Anhaltino in
Diocesi Dessanâ à rationibus fru-
mentariis,

ET

Honestissime ac pudicissime

VIRGINI

DOROTHEÆ-ELISABETHÆ

Jägerin/ Prudentissimi Viri, DN.

MAURITII Jäger/ REIP. DESSANÆ

civis ac Senatoris, Filix primo-
genitæ,*Matrimonium contrahentibus a. d. 20.**VIIbr. Anno 1724 C. XXIV.*

GRATULANTUR MUSÆ TRIVIALES.

SERVESTÆ

Ex Officina Zachariæ Dörfferi,

ANNO M. DC. XXIV.

DIODORUS:



Κρεῖττον γὰρ εἶναι, εὖ τεθραμμένην λαβεῖν γυναῖκα ἄπειρον,
ἢ κακῶς μετὰ χρημάτων, τὴν ἐσομένην καὶ ταῦτα μετοχόν
τῆ βίᾳ.

Id est:

Prestat enim bene educatam ducere uxorem, etsi in-
dotatam, quam malè institutam, quæ sit pecuniosa, præ-
cipuè quia futura sit socia vitæ.

QUOD ITA:



Προικτὸ γυνῆ, ἀλλὰ γε τὰσα καλῶς τε, καὶ ἀγνώστῃ
θραμμένη, ἀρετῇ θεοσεβίᾳ τε κλυτῇ,
Χρηματικῆς κρεῖττον Φάουλῆς τε τῶ ἀνδρὶ γαμείῳ
Ἐσομένη βιότῃ καὶ θαλάμοιο ἐθάς.

CUM VOTO:

Oτὶ δὲ συζυγίῃ, ἐνὶ τῇ μὲν ἀγασίν ὀμαρτῇ
Νυμφῇ ἀνήρτε χολή' σι βροτῆοιο βίᾳ
Συγκοίτῃς ἐνὶ τῇ κακὰ πολλὰ μεμιγμένα παύροισι
Χρῆ ἀγαθοῖσι μαθεῖν αἰὲν ἐπασυτέρες
Ὅυ δὸς ἐπαυχεῖμεν Θεὸς ἐν ἴσῃσι μὲν ἐν αὐτοῖς δ'
Ἐλπίδα θησομένης ὄκ ἀγαπιπέμεναι.

Reddite

Joach. Flemingus R.



ALLUSIO AD OFFICIUM
S P O N S I.

Quot mandata tibi peperit provincia curas
Usq₃, Ceres messem cum rubicunda daret!
Non data tam cito lux, quam tu messoribus arva
Indixti, multo vespere rure redux. (sem,
Cuncta suam caperent dum Principis horrea mes-
Dumq₃ foret reliquum cuncta per arva nihil.
Rem bene gessisti, Frater, tua messis in herba est,
Flavaq₂ messoris jam sibi poscit opem.
Mensis at haec alia est, seges est tua Sponsa, cubile
Horrea, tu messor falce paratus eris.
Vel frumenta manu sata, silibet, undiq₃ carpes,
Aptus ad officium hoc inveniare tuum.
Illic conductis messoribus usus es, haec sed
Mensis erit, propria falce metenda tibi.
Sed mete, sementem si post bene feceris, anno
Lapso vitali fenore plura metes.

Ludebat

Bernhardus Herz

Sponsi Frater.

A 2

ALLU-

ALLUSIO AD NOMINA
SPONSORUM.

Uli nemorum saltus bene novit & antra
ferarum, (gas;
Atq; catâ prædæ tendere fraude pla-
Deliciū quibus est canibus circum dare sylvas
Venator dominis principibusq; placet.
Cur tamen haut aliquis venator in arte peritus
VENATRIX DOMINUM quæso sed hunc-
ce trahit?

Scilicet huic domino domus ut dominatio (fal-
Officii titulo) sola, cubile nemus: (vo
Venatrix melior sic venatore. Sed ecquis (ait?
Queis canibus prædam quamq; sequantur

Scribebat

Rudolphus Jäger D. A.
Sponsæ frater.

AD DN. SPONSUM.

Scriptura nos gaudere cum gaudentibus
Cum flentibusq; flere sacra commonet.

Debemus

Debemus hanc presente nempe seculo
Omnes pii observare legem naviter.
Quis osor autem est iste patriæ, status
Quem non misereat illius miserrimus?
Quis cordis est tam ferrei, quem non neces
Tot innocentis sanguinis tangant truces?
Tot conjugum fidelium divortia,
Fratrum & sororum, prolium & matrū impia?
Et quod caput rei loco sanctissimæ
Jam veritatis falsa spargi dogmata,
Propascuis salubribus stramen leve
Christi gregi stipulasq; præberi aridas.
Contrà quis haut letetur, hic Martis (Deo
Juvante) vim cladesq; abesse bellicas
Hucusq; rumpi casta nec connubia,
Nec liberos amplexibus suavissimos
Manu tyrannorum rapi parentibus,
Nec separatos exules sororibus
Fratres, sorores fratribus, vertere solum?
Calamitatem seridè illorum & vices
Ut condolemus invidiæ fortune: ita
Congratulamur in vicem nobis, Deum



*Ardenter orantes velit nobis quoq;
Deinceps benignum pacis ocium dare,
Nostrisq; terris Martis impu impios
Ausus, tyrannorumq; vim omnem avertere.
Proinde tecum gaudium gaudeo novum,
Tibi gratulorq; de novâ sponsâ tuâ
Ex intimo, novelle sponse, pectore.
Jehova conjugalis autor federis
Tranquillitatem det domui vestre, thoro
Feracitatem, postq; vitæ tædia
Beatitatis sempiternæ gaudia.*

Scribebat

Johannes Dionysius

Deſsâ. Anhaltinus

Scholæ ibid. alu-
mnus.

ALIUD.

Octo daturus eram vocū discrimina, dulci
Harmoniæ versûs subjiceremq; meos.

In

In Chartam posset cōferre typographus unam
Si tot, & haut vellet vox sibi quæq; suam.
Cantari ut lectus possem quoq; , sæpè sonoris
Quàm metris tacitis gratia major inest.
Sponse dabis veniã, parvi quia culpa papyri est
Non mea, sed veniam tu quoq; Spōsa dabis.
Intereã voto mea carmina finio: multã
Pace sit & multo pignore plena domus.

Componente

Casparo Würsgarten
Kindelbriccensi Thuringo,
Scholæ Desslanae
alumno.

AD SOROREM SPONSAM.

Tædia ceperunt quæ te insperata tuorum
Chara Soror, nostri qui cedere frixit amor?
Filia dura potes patrem matremq; sororesq;
Et dulces fratres relinquere dura Soror?
Sua-

Suavius esse potest mensâ quid queso parentum
Atq; domo? fratrum quidve sodalitia?
Quidve sodalitia? si quando sororibus effers
Cum geminis aliqua fors comitata pedes?
Credo quod illa Dei tibi vox sit nota: Relictis
Conjugi adhaerebit matre vir atq; patre,
Atq; tibi notum quod qua sint dicta maritis,
Fœmineo hæc eadem sint quoq; dicta gregi;
Nempe modo ut simili mulier vel virgo maritum
Nacta, suam matrem deserat atq; patrem;
Quando ita posthabitis aliena penatibus optas
Tecta, novi sponsi vota thorumq; sequens.
Ergo quid incassum revocare sororia conor
Ausapia, & verbo congrua facta Dei?
Ipse Deus dixit: Dominus vir virginis esto,
Pareat ut domino casta q; virgo viro.
Inde soror, sequeris Dominum hæc sanctissima
dantem
Jussa, sacri authorem conjugiiq; Deum.
Et sequeris Dominum, tibi quem Dominus Do-
minorum
Ipse dedit, sponsum nempe tuum sequeris.

Perge



*Perge sequi Dominum, rerū cui summa potestas,
Perge sequi Dominum, cui modo sponsa daris.
Te Domini quoq; sic benedictio larga sequetur,
Ut videas Domini pignora multa tui.
Sic voveo ex animo, votis Deus ipse valorem
Addat, & hoc voto finio vota, vale.*

Amoris ergo

Canebat

Johannes Zäger / Dessā An-
haltinus, Scholæ alumnus
Sponsæ Frater.

A L I U D.

CArmina cum reliquis & ego jam scribere
possem

Longa, essem edoctus si ratione pari.

Antiquā methodo mihi si præcepta fuissent

Tradita, nam est novitas perniciofa scholis.


B

Addo

Addo tamen votū : Sponsi bene vivite, pes hinc
Ater eat fortunæ invidiæq; procul.

Subjicit

Johannes Huet Cothenus
Anhalt. Scholæ Dessanæ
Discipulus.



A L I U D.

Incipio primum versus qui Scribere Sponsis,
Nil pia præterquam nuncupo vota novis.
Alme DEUS, thalami fons, hæc connubia faxis
Prospera, quæ fiunt auspice te bona sunt.

Claudit

Johannes Schuman
Dessaviensis
Scholæ discip:

Gürstern



Fürsten vnd Herrn han ihre grosse
freude /

Im freyen Felde vnd auff grüner Heide /
Mit Weidwerck mit heßen vnd mit Jagen /
Es sey im Winter oder Sommertagen /

Drumb sie ein Jäger wolgemut vor allen /
Ihnen in gnaden allzeit lan gefallen /
Mit ihm auch wol oft ganz freundlich gebaren /
Der sich versteht vff Spur Lappen vnd garen /

Nun wüßt ich gleichwol gern wie es doch kehme /
Das diesem Herren nicht ist angenehme /
Auch wa ein Jäger des Weidwercks erfahren /
Sonder vielmehr ein Jägerin jung von Jaren /
Ich halt wie er nicht ist ein Herr vom stande /
Vnd wie Fürsten vnd Graffen von viel Lande /
Sondern sein Haus vnd Hoff ist seine Pflege /
Das Bett sein garn / die Kammer sein Forst vnd
ghäge /

Also ein Jägerin vnd nicht ein Jäger /
Zu ihm sich schickt in seinem Hofeläger /
Doch sag mir eins wz er brauch vor Windspiele /
Nach was Willpret in dieser Jagt er ziele.

E N D E.



Christen und deren heiliche gresse

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90

8-14

24 VD 17

100-By
Jul. 01

M



